

vel immediate, quod absurdum est; unde constat hominum generationes ab eterno esse non posuisse, & primâ ab alio fuisse necessariò, quam ab homine; cùm autem istud aliud organorum dispositionem, tòramque ordinationem anatomicam tam admirabilem facere debuerit, non potest esse nisi summa intelligentia, nempe Deus.

*Alio modo
ratio me-
taphysicæ
proponi-
tur.*

Huc ferè recurrat illa ratio metaphysica: omnes aut est factum, aut non est factum, sed non possunt omnia entia esse facta, igitur necessarium est aliquod ens non esse factum. Major clarissima est. Minor autem factum probatur: omne factum ab alio factum est, vel igitur id faciens etiam factum est, vel non; si non est factum, habemus intentum, nempe illud esse à se; si factum est, ab alio factum est, quapropter vltius quaro, vel illud ab alio factum est, & sic deinceps, vel deuenimus ad ens in creatum, nisi circulum, seu processum in infinitum admittere velis, qui omnino impossibilis est, nec enim illo progressu concessum aliquid in rerum natura daretur, quia progressus illi admittit infinitum, quod nunquam pertransiri potest, quod tamē pertransiri, seu exahiri, & absolum debuit, vt iam in rerum natura effectum aliquem percipiamus, si

progressum in infinitum semel concedamus. Deinde aliqua causa incipere debuit, ut effectus, quos videmus, producentur, alioquin si nunquam incepit, dubio procul, nihil erit, nam quomodo datur effectus, si nulla causa incipiat agere? Quod à quo necessarium est, sive causa per se, sive per accidens tantum subordinata sint.

Facesant ergo detestandi Atheti, atque serio cogitent omnino necessarium esse, ut ad aliquid primum deueniamus, quod sic independens, quodque semper fuerit: alioquin si non semper fuisset, possibile erat, ut esset, igitur cum factum est, vel à se, vel à nihilo, vel ab alio factum est: non est factum à nihilo, quia vñ ex nihilo nihil fit, ita nec à nihilo fit aliquid: nec factum est ab alio, ne detur processus in infinitum impetrans, nec factum est se ipso, cum nihil ipsum faciat, si enim se ipsum faceret, esset, & non esset; esset quidem, quatenus faceret, non esset, quatenus fieret. Quæ rationes, quia acutiores sunt, & difficiliores. Quæ amēt ut stultis Atheti rite perpendantur, ad faciliores redeo; loquantur ergo scientiæ sequentes, & Deum esse faciantur.

RATIO XXVIII.

Sumitur ex Geographia, & Hydrographia,

Multa h̄c ab omnibus conceduntur, ex quibus necessariò sequitur aliquod agens admittendum esse, quod rotius natura vim longe superet, inter qua non vltimum locum obtinet, quod iuxta terum creatarum naturalem ordinem, aquæ naturam elementorum ex ijs quædam subfideret, alia superferri debeant: unde philosophi suo calculo comprobarent tertam, vt pote omnium grauissimam: aquis subiici debere, hinc aqua totū orbem terrenum nostris oculis auferret, iuxta id de antiquo chao decantatum, *omnia pontus erant, nisi quis aqua* alio modo dispositi sunt. Deinde constat hunc orbem à sua superficie aquas illas removere non posuisse: Tertiò necessarium fuit, vt quis eas à terra segregaret, vt arida fieret, & hominibus commodam habitationem præberet. At nullum viuens corporeum huiuscenodi separacionem efficeret potius, nullum enim erat, cùm tota terra ab aquis circundaretur, igitur ad aliquod vivens spirituale deueniendum est, quod opus tam arduum perficerit, quod Deum Opt. Max. appellamus.

Probatur vero terram ex natura sua totam aquis operari debere, & reuera opertam iri, nisi naturam omnium Dominus alio modo disposeret, aut dispositurus sit, idque ex eo quod multæ partes terræ iam aquis concludi videantur, quæ ante patabant, & ex eo quod montium altitudines humiliores efficiantur, terra vero plana, atque valles ascendunt, donec ipsa terra montibus, atque vallibus careat, & perfèctè rotunda sit, cámque iterum aqua veletu infantia sua pannis inuoluet.

Iob.

Iaque flumina quoridam montium radices corrodere, & ingentia præcipita facere, sicut terram paulatim alluvione consumere quis necrit, quod & beatus Iob c. 14. vers. 19. testatum reliquit. Hinc sit, vt magna ruina Labinæ vicos integros in flu-

mina præcipites agant? Quid si pluuias aquas spe- Ruinas la-
temus? quæ montium superficies altissimas ad bñaz.
ima deducunt, licet illud nō ita percipiatis in montibus lapidis sua duritate melius resistentibus. Inde verò sit, vt antiqua ædificia in montibus sita minus diurna sint, quorum nempe fundamenta paulatim deteguntur, quapropter notant aliqui Capitoli Romani fundamenta modo tota supra terram extare, licet olim altè sub terram descendenter. Quod incolæ montani confirmant ex eo, quod montes, à quibus olim impeditiebant, ne arcem, Nota de
Capitolio. vel turrim in vltiori monte sitam aspicerent, iam facile conspiciant, monte post annos plurimos intermedios depresso.

Contrarium verò in planis, atque campis tribus accidit, quæ quotidie magis eleuantur; aquæ enim terram secum in montibus aduenientes, eam in planis, atque declivioribus locis deponunt, adeo ut ædificia plurima in planis construenda iam penè tota Arcus triu-
sepiellantur, vt pater in arcu triumphali Septimi ad phalis Sep-
Capitolij radices sita, qui ferè totus obruitur: hinc timi- Pantheon. fit, vt iam in Pantheona descendatur, in quem mul-
tis gradibus olim ascendebat. Luculento verò te-
stimonio cementarij, & architecti ea comprobant, quando in planis fundamenta ædificiorum excava-
unt, in quibus primò terra, quam motam appellant, vsque ad 10, 20, aut tringinta, vel plures pedes, lignis, ferramentis, ruderibus, numismatis, sepul-
tis, & alijs id genus permixta reperitur: quam terra nunquam mota, solida, atque compacta sequitur, Tere fer-
hanc Galli terre ferme, illam terre renuee voca- me. & re-
tant.

Quod ab aquis pluivialibus, arque fluvialibus peractum est, quæ multam terram è montibus in planitiem adduxerunt: unde non sunt eadem cam-
porum superficies, quæ fuerant olim, hinc agri quondam